



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De ciue Susatiensi, cuius vestis combusta est, cruce custodita miraculosè,  
cap. 32.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

LIBER DECIMVS. 621

cordis sui simplicitate, sic orauit, dicēs: Domine Deus, iustus & misericors, si vnquam aliquem hominum his mensuris decepi, volo vt domus hæc comburatur: si autem feci quod rectum est in oculis tuis, precor iustitiam tuam, vt in hac hora misericorditer respicias necessitatem meam, & mihi meæque supellectili parcere digneris. Mira fides feminae, mira Dei humilitas: is qui dixit: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, ac si oratione fidelis viduae conclusus fuisset, flammam, omnia in circuitu deuorantes, à domo eius compescuit, cunctis stupentibus, quòd ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet. Audi nunc alia æque miraculosa.

*Matt. 7.*

CAPVT XXXII.

**A** pud Susatiam, ciuitatem diocesis Colonienfis, ciuis quidam in hac vltima expeditione cruce signatus fuit. Eodem tempore, vt militem suum Deus tentaret, sicut legitur de sancto Iob, permisit vt domus eius incendio periret. Flammis verò sopitis, cum omnia, quæ incendi poterant, in cinerem fuissent redacta, particula vestis eius, quam crux occupauerat, integra intra fauillas est reperta. Et mirati sunt omnes, tantam sanctæ crucis virtutem vbique dilatantes. Simile miraculum in alio loco contigit, sicut audiui à magistro Ioanne Decano Aquensi.

*Iob 1. 6.*

2.

CAPVT XXXIII.

**R**etulit mihi & aliud de virtute crucis miraculū. Matrona, inquit, quædam crucem susceptā pommo circumligauit, sicque super asserem iuxta pyropum, in quo ignis ardebat, vtrumque simul ponēs, abscellit. Casu, imò, quod verius est, Dei nutu, pomum cum cruce in carbonem lapsū est. Post modicum femina reuersa, cum repositum quæreret, nec inueniret, tristis de cruce, ignem perscrutata est. Et ecce, pomum vidit in carbonem redactum, zonam verò leuauit intactam. Quod pro magno miraculo reputans, prædicto Ioanni recitauit. APOLLONIVS: Satis est mirabile, quod idem elementū, eodē momē-

to.